UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Felicula virgine [et] mar. Cap[itulum]. cxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

deferens in ciuitate vienne monaſteriū eius no
mini edificauit: ⁊ de ꝓprijs facultatibus large
dotauit. In quo corpꝰ ſanctū honorifice collo-
cauit: vbi infinitis ⁊ ſtupendis virtutibꝰ reful
get. Potiſſimū autē eſt illud qđ in toto orbe fa-
moſum eſt: qꝛ ignē ſacrū a corporibꝰ hūanis ex
tingit. Facta eſt autem hec tranſlatio eodē die
quo corpus inuentū fuerat: vicꝫ idibus iunij.

¶ De ſancto Antonio confeſſore or-
dinis minorum Cap.cxi.

ANtonius
cōfeſſor ordinis
minorū ex vlyx-
bona ciuitate hi
ſpanie natus a
pueritia ſua in baptiſmo fer-
nandus appellatꝰ eſt. Hic pri
mo fuit canonicꝰ regularis or
dinis ſancti auguſtini in eadē
ciuitate. Deinde audiēs qua-
liter quidā fratres minores apud marochiū a
ſaracenis paſſi fuerant: ad martyriū aīatus de
prioris ſui licētia ordinē fratrū minoꝝ ingreſ-
ſus eſt: ꝓmiſſione ſibi a fratribus facta: ꝙ ma-
rochiū ad terrā ſaracenoꝝ mitteret. Qui iuxta
promiſſionem ad ipām terraꝫ miſſus: qꝛ de ipo
deus aliud decreuerat: regreſſus eſt: martyr ſo
lo deſiderio factꝰ. Deīde ad generale capitulū
aſſiſiū tēdēs fratri gratiano qui romādiole mi-
niſter erat: ſe contulit: a quo in heremū montis
pauli miſſus: vt petijt ſolitarie ibidē ꝑmanens
cōtēplationi vacabat. Poſt hec in foro iulio cō
ſiſtens: a miniſtro loci predicare iuſſus: dum ſe
imperitū predicatiōis excuſaret cōpulſus oīno
per obedientiā verbū dei ſuꝑ quoſcūqꝫ doctos
eleganter ꝓpoſuit. Sicqꝫ deinceps officiū pre-
dicādi ſuſcepit. Cū die quadā de cruce dñi pre
dicaret: viſus eſt in aere ſanctus franciſcus ad
huc in carne degēs longe tñ poſitus: quaſi pre-
dicationē antonij geſtibus laudabiliter cōmē-
dās. Anno aūt vno ante eius obitū generali ob
tenta licentia predicādi vbicūqꝫ vellet: paduā
deuenit: annoqꝫ integro ꝑdicationi ⁊ cōfeſſio-
num audiētie ſolicite vacauit. ¶ Multis quoqꝫ
ibi miraculis claruit. Naꝫ cū quidā ei cōfeſſus
eſſet ꝙ patrē ſuum calce percuſſerat: ⁊ ſctūs ei
ad terrorē dixiſſet: ꝙ pes ille dignꝰ erat: vt pre
cideret: iuueniſqꝫ ſimplex domū reuerſus pe-
dē ſibi abſcidiſſet: orāte ſancto pes ei reſtitutꝰ
eſt. Poſt hec cū tpe meſſis hoīes circa meſſem
occuparent: quietis gratia ex vrbe diſcedēs: ve
nit ad cāpū ſancti petri: vbi ⁊ egrotare cepit: ⁊
languore nimio preſſus: timēs fratrū illoꝝ gra
uamē: currui ſe īponi fecit: vt ad locū padue ve-
niret. Cum aūt iuxta ciuitatē eſſet: rogatus a
quodā fratre vinoto diuertit ad locū celle iuxta
locū pauperū dñarū: vbi diebus aliquibꝰ decū
bens: dum ſacra myſteria ſumpſiſſet; apparēte
ſibi chriſto eumqꝫ confortante hymnum. O glo
rioſa domina. alta voce decantauit. Quo finito
ſpiritū in pace emiſit idibus iunij: anno domi-
ni milleſimo ducenteſimotrigeſimoprimo. Cu-
ius tranſitus cum adhuc ipſis fratribus ignotꝰ
eſſet populus vndiqꝫ concurrebat: ⁊ ſanctū pa-
trem defunctū eſſe clamabat. Et cuꝫ eſſet que-
ſtio de funere īter ciues: eo ꝙ alij hic alij ibi eū
tumulari volebāt: occaſione ipā quinqꝫ diebus
corpus inhumatū remāſit: nec vlla exinde cor-
ruptio ſubſecuta eſt: aut fetor exhalauit: cuꝫ tñ
calor immenſus eſſet: vtpote iunio mēſe. Tan-
dem omniū voluntate in loco principali fratrū
ſancte marie de padua honorifice reconditum
eſt: omnibus egris qui ad eius loculuꝫ accede-
bāt per ipſos quinqꝫ dies quocūqꝫ lāguore ſana-
tis: vbi ⁊ qeſcit adhuc miraculis pollens.

¶ De ſancta Felicula virgine ⁊ mar. Cap.cxij.

FElicula vir
go petronille colla
tanea: vt ſcri. mar
cellus ſancti petri
diſcipulus mortua ſorore: vt
ſupra actum eſt pridie kalen.
iunij a flacco comite detinet:
⁊ aut ſacrificare, aut ſibi nube
re compellitur. Que vtrunqꝫ
denegans ab eodem in carce-
re recludit: ⁊ ſeptem diebus ſine cibo detinet.
Inde educta datur in cuſtodia virginū dee ve-
ſte vt eam ad ſacrificandū ſuaderent. Que ibi-
dem per ſeptem alios dies ſine cibo permāſit.
Poſt hec dum chriſtum conſtanter cōfiteret in
equuleo leuata: et diutius torta: deinde iubēte
comite in cloacam precipitata necatur. Cuius
corpus ſanctus nicomedes preſbyter inde no-
ctu leuauit: et in capſella ſua via ardeatina mi-
liario ab vrbe. vij. ſepeliuit idibus iunij.

¶ De ſctō peregrino epō ⁊ martyre. Cap.cxiij.

PEregrinꝰ epi
ſcopus ⁊ martyr ciuita
tis aternen. pontifica-
tum tenuit tēpore bea
ti gregorij pape: q̇ ce-
thens proprio nomine
nuncupatus eſt. Quo
tēpore duo peſſimi vi-
ri ex longobardoꝝ ge-
nere filij ꝯcubinarū: quoꝝ vnus dicebat alais:
alter ꝟo vmblo vrbē ipam tyrānice poſſidebāt.
Cum aūt prede ⁊ deuaſtationi ac nefandi ope-
ribus: non ſolū ipſi intenderēt: ſed etiaꝫ popu-
lum malorum exemplo peruertiſſent. Cethens
epiſcopus eorum crudelitatem non ferens ad
vrbem romā acceſſit: ⁊ hec oīa ſummo pōtifici
referens ab eo ſuſceptus diudū ſecum ꝑmanſit.
Tandem populus ciuitatis multa dictoꝝ ty-